Quittance par d. no.re De Labbé du Monastere St. andré de la somme de 9. moutons d'or pour sa part des lots et ventes qui luy revenoient a cause de l'acquisition de partie des batimens qui composent l'hostel de la monoye de Villeneuve St. andré lez Avignon

Du 6. may 1422.

In nomine Domini, noverint universi presentes pariter et futuri, quod cum discretus vir johannes Jarze unus ex generalibus magistris monetarum domini nostri Regis, & Excellentissimi principis domini delphini Viennensis, regnum Regentis; emerit pro utilitate dicti domini nostri regis, et dicti regnum Regentis, et pro fabricando monetam Regiam, quoddam hospitium situm in sancto andrea, a provido viro guillermo fornerii uxore nomine: quod ~~quipe Reunionem~~, ~~ad~~ ~~Extimationem~~ quidem hospitium tenetur pro

indiuiso á Curiá Eorum Locorum Sancti andreæ, Et villænouæ prope auinionem, ad Extimationem Certorum et proborum hominum Expertorum, per dictam eandem Curiam et ad hoc deputatorum: quod quidem hospitium Supra nominati guillermi fornerii per Supradictos homines Super hoc deputatos Extimatum Extitit ad decem et Centum mutones auri. pro quo quidem hospitio, Sexta pars medietatis laudimii ad dominum nostrum regem pertinet et spectat: alia vero medietas ad Reuerendum in Christo patrem dominum abbatem Sancti andreæ, et Ejus Conuentum. huic siquidem fuit et est quod anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo Secundo, et die Sexta mensis maij, Christianissimo principe et domino nostro domino Carolo francorum rege Regnante, in mei nottarii præsentiâ, et testium infrá Scriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum præsentiâ, personaliter Constitutus Supra nominatus Reuerendus In Christo pater, et dominus dominus guillermus miseratione diuinâ

abbas monasterii Sancti andreae gratis, et ex sua certa scientia, et spontanea animi voluntate recognovit se habuisse, et realiter recepisse a nobili viro petro Dieulosia magistro monetae Sancti andreae praedictorum videlicet novem mutones auri in praesentia mei notarii et testium infra numeratos pro medietate laudimii supra dicti hospitii eidem domino abbati concernentia: in quibus exceptioni dictorum novem mutonum auri pro ejusdem nomine quo supra modo, et forma praedictorum, non habitorum, non receptorum et per ipsum non traditorum, non solvendorum vere et integre, et realiter in bonis mutonibus auri numeratis absque diminutione aliquali, speique futurae solutionis, et errori calculi gratis, et per expressum Extensa praedicta renuntiavit praemissa, et quolibet praemissorum, et ita attendere, complere et inviolabiliter observare, contraque non facere, dicere, vel venire promisit, et de supra sanctis dei evangeliis gratis tactis juravit, cum omni juris et facti renunciatione, ad haec necessaria pertinet et cautela, de quibus omnibus singulis praemissis praenominatus petrus Dieulosia

nomine quo supra petiit sibi fieri et tradi presentem instrumentum, per me notarium presentem infra scriptum. acta sunt haec in monasterio Sancti Andreae, videlicet ante parlatorium, presentibus quibus religiosis viris jacobo vilarelle eleemosinario, joanne andrée, petro sancti petri de Moranis, monachis ejusdem monasterii, et guillermo sarlotti clerico, monetum dictorum, testibus ad premissa vocatorum specialiter, et rogatorum, et ad majorem firmitatem omnium et singulorum premissorum sigillum autenticum Curiae Episcopalis Locorum Sancti Andreae, et villa-noua propè avenionem hic fuit appositum. Et me bar. Ego Scrib. Comat de Confessione et quitancia supra scripta. L. Verholly.

L'original En parchemin scellé d'un sceau de cire verte à queüe pendant.